



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 11. De jurnalibus traditis in Waritbeke in pago Auga.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno unum cum filiis et mancipia decem theodrad et uxor eius cum infantibus
822 vsque IIII nec non maynred uuilman folculf aluo testes asulf tado afika liutdae heri-
826 im- ger tado graculf haduuert helmuard.
perante
Hludo-
uico et

§. 10.

Tradiderunt duo fratres ualtner et reutner pro remedio animae fra-
tris sui hominem nomine aso cum uxore et infantibus testes ingadag oio ail-
dag bernuard niithard albmer addic uualdulf uuihelm uualding teodo hein-
ric liutdag.

tradidit ofdac in *guddianstede* (R) quidquid ibi habuit siue in hominibus siue
in terris seu etiam in filiis testis hildiuert throitbold uillet hildiger aico.

§. 11.

Tradiderunt duo fratres hrodold et teutmar in *uuaritbeke* (r) de terra
iurnales (s) IIII testes hildibern oio helmulf heriman halmger rainold baio
hroduard.

§. 12.

lum M. locum quendam ibidem inhabitandum donasse, quem eius posterius dicti
de Valbusen possederint, vsque dum ultimus huius familiae concesserit naturam.
Quemadmodum igitur hic aperti mendacii arguitur Letznerus, sic desinat ali-
quando viri eruditi cum Letznero fabuloso, qui in antiquioribus plerumque nu-
gas habet, venales ineptire. Est autem villa *Falobur* eadem villa, in qua deci-
mam Wernerus de Brakel (non Wernerus de Bruck, vti *Origin. Pymont. &*
Sualenb. p. 53. et 57. voluit) in beneficio seu feudo tenuit a Volquino comite
de Sualenberg. Minus bene ergo villa *Valbusen* l. c. *Walbusen* hoc loco intelli-
gitur. Asulfus, qui bona tradidit in hac villa, videtur fuisse *Asolf*, qui anno 815
bona quaedam tradidit ecclesiae Fuldensi in pago Grapfelde in villa Rannungu,
testante I. F. Schannari *Corpore Trad. Fuld.* p. 118. Fortassis is est Esulfus, qui in-
fra §. 104. inter coheredes ducis Ostfalarum *Hessi* refertur.

De villa
Gudian-
stede.

(R) In registro nostro MS^{to} bonorum Corbeiensium villa *Gudianstede* in pago *Falim*
reperitur, quam vnanimam eandemque cum hac nostra *Guddianstede* esse, minime
dubitamus. Existisse autem pagum *Falim* in ducatu Brunsvicensi et episcopatu
Hildesienfi, et quidem iis in regionibus, quae Brunsvicum et Guelpherbitum vr-
bes occidentem versus attingunt, infra §. 35. pluribus monstrabimus. Quodsi
ergo in episcopatu Hildesienfi in praefectura Peina vicus quidam nomine *Gaden-
sted* reperitur, per *Guddianstede* villam, eundem vicum *Gadensted* intelligimus,
qui in litteris e seculo XIII et XIV adhuc *Goddenstede* et *Godensled* adpellatur,
tandem vero *Gadensted* dicitur. Per *homines*, quos *Ordac* monasterio nostro do-
nauit, mancipia intelligi arbitramur. Totam enim Saxoniam nostram mancipiis
fuisse oppletam, passim haec Traditiones, nostraeque Corbeiensia monumenta ap-
probant, de quibus in Observationibus nostris historicis de *Vitusmanno* pluribus
egimus.

De villa
Waritbe-
ke.

(r) *Waritbeke* villa erat, testante Registro nostro in nota (R) citato, in pago *Auga*,
iam vero desolata est. Situs fuit locus in campo *Stummergenfelde* supra *Hu-
xariam* in loco dicto *Varbeke*. Insignis olim praepositura in campo *Lüre*, vul-
go dicta *Negenkercken* seu Ecclesia Nova prope Corbeiam, ab abbate Corbeiensi
Adalgerio anno 863 fundata, in eadem villa *Varbeke* bona quaedam possedit, quae
sine dubio fundador eius, qui frater Archiepiscopi *Hamburgensis* eiusdem nomi-
nis fuit, eidem praepositurae donauit, vti *Regijrum MS^{to} bonorum huius praepo-
siturae* testatur.

De iur-
nalibus.

(s) *Iurnalem* denotare iugerum, *einen Morgen Lander, ein Tagewerk zu mehen*, ex di-
plomate regis *Arnolphi* pater. Cum enim dilecto comiti suo *Ekbertho XXXVI*
manfos, id est, hobas, vti supra §. 3. not. (v) didicimus, donaret, vnaquaeque ho-
ba habebat iurnales (iournées) sexaginta, id est LX iugera, vti in nostro registro
MS^{to} et loco excitato definitur. *Teutmar*, qui haec bona cum fratre *Hrodoldo*

tra-